

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

60
65

Musicae inuentores

In honorem nuptiarum

HONESTI AC
ERVDITI VIRI
DN. HENRICI FABRI
Cantoris Scholæ Bernburgensis, Spon-
si; & honestissimæ viduæ, Saræ
Crameræ, Sponsæ, pro-
ducti

à

M. DANIELE CLÆPIO EIVS,
dem Scholæ Correctore 19. Januarij
Anno 1596.

SERVESTÆ

Excudebat Bonaventura Faber

ANNO M. D. XCVI.

EMAP
1200
1711

Motus hinc inde

HONESTI
FRVDITI VIRI

DR. HERRIC FABRI

Curator hols. Becken. coll. hols.

in hols. Becken. coll. hols.

Curator hols. Becken. coll. hols.

Curator hols. Becken. coll. hols.

Curator hols. Becken. coll. hols.

Curator hols. Becken. coll. hols.

Curator hols. Becken. coll. hols.

Curator hols. Becken. coll. hols.

Curator hols. Becken. coll. hols.

Curator hols. Becken. coll. hols.

Curator hols. Becken. coll. hols.

Curator hols. Becken. coll. hols.

Curator hols. Becken. coll. hols.

Curator hols. Becken. coll. hols.




A tua ne solus veniam noua gaudia mutus,
Dum felix thalami fœdera sponsus inis:
Dumq̄ tuis, HENRICE, canunt gratantia tædis
Carmina, sincerus quos tibi iungit amor:

Adduco veteres mecum, quibus incluta primum
Musica, ceu ducibus cœpit in orbe coli.
Nam meritò, quam quisq̄ tenet, celebratur ab arte,
Cultoremq̄ suæ quilibet artis amat.
Sponte sua vatam celebrant connubia Musæ,
Trinaq̄ Musarum Gratia iuncta choro.
Sponte Ducum thalamos certamine lætus equestri
Ornat, dum belli Mars simulatra ciet
Sponte leues currunt ad pastoralia Pans
Gaudia, nec Corydon nec Melibæus abest.
Quin & cum Satyris saltantibus Alpheisibæus
Plaudit in alta volans, & pede pulsat humum.
At te SPONSE, canis quod docta plurima voce,
Musicus unanimi nunc canit ore chorus.
Ille mihi chorus est patria (nec inania narro
Somnia, nec fingo talia) visus humo.
Est prope Caietam calidum decliuis ad Austrum
Hortus, in aprico quem fouet aura loco.
In medio fons est, vna qui parte patentem
Frigit, & viridi gramine vestit humum.
Parte alia longis deducta canalibus altæ
Piscinæ liquidas vena ministrat aquas.
Inde susurrantes hic audit leniter undas
Parua, sed innumeris vsibus apta domos,
Audit & arguta cantantes voce volucres,
Arbor ubi virides explicat alta comas,
Daulias in primis sub amœnis frondibus ales
Depromit tenui gutture mille sonos

Felix admirans tot ego discrimina vocum
 Dum meditor dulces æmulus inter aues.
 Ante meos (nec falsa loquor) pulcerrima vultus
 Constitit antiquos turba professa modos.
 Prima locum Jove nata tenens sine matre **MINERVA**
 Efficit, ut reddat tibia longa sonos.
 Laeva tenet speculum, quo discit ab indice virgo,
 Arte recentis suas intumuisse genas.
 Hinc gaudens clangente tuba, citærisq; canoris
 Ingenti **JVBALI** iubilæ voce mouet.
 Huic comes alternis impellit tympana palmis;
 Quæ sequitur plectris & fide turba placet.
 Hic **LINVS**, hic **ORPHEVS**, hic conspiciendus **ARION**,
AMPHIONq; mouens carmine saxa suo.
 Quam iuuat hos audire sonos, quibus aëra mulcent!
 Dum mouet hic citharam, dum mouet ille lyram.
 Cuncta sed hæc tantum mulcendis apta videntur
 Auribus: ars viua pectora voce iuuat.
 En igitur geminæ **SIRENES** amabile fundunt,
 Sponte quod arguto carmen ab ore fluit.
 Ore simul nativa canunt: simul artis habentis
 Et tenero præbent colla tremenda iugo.
 Namq; senex alto **SAMIVS** dat libera curru
 Lora, trahit celeres utraq; Nympha rotas.
 Sustinet incudem temoni proxima sedes:
 Fabrili sonat hic innulus arte chalybs.
 Ipse notans ictus oculis, vocemq; sonumq;
 Auribus, arte senex hoc imitatur opus.
 Blandiq; mulierum iungit modulamina vocum,
 Et varios numero conueniente sonos.
 Inde tenens baculum dextra, tabulamq; sinistra,
 Harmonica scriptas exhibet arte notas.

Linea

Linea distinguit spaciosam quina tabellam,
 Quæq; sit inferior, quæ nota summa, docet.
 Forsitan & quæris, signata æqualibus illis
 Quæ fuerint spacijs carmina, quivæ modi.
 Hos equidem vidi; juvat & meminisse: sed omnem
 Difficile est elegis enucleare modum.
 Quid moror? ut jungam numeros & verba, videntur
 Omnia sic oculis subiicienda tuis:
 Linthas vocumq; notas manus æmula pinget;
 Carmen subiiciet Musa Pelasga suum.



ἔτι κελὸν Φίλον ἐστὶ, τὸ δ' ἔκ κελὸν ἔ Φίλον ἐστὶ.
 Hoc immortalis venit ab ore melos.
 Hoc Musæ, Charitesq; piæ, Jovis inclita proles,
 Ad thalami quondam concinere fores:
 Suavis ut HARMONIE Veneri dilecta parenti
 Nupsit Agenoridæ fœdere juncta thori.
 Esse precor Musæ faciles, Charitesq; benignos
 Huc etiam vulvis, huc adhibete pedes.
 Ecce novis hærent numeris Acheloides ipsæ,
 Cantibus & vini se potuisse stupent,
 Miranturq; rotis Samium per amœna quaternis
 Cum iunctis totidem dulcibus ire modis.
 Artis adimentæ studium certamine crescit;
 Ingenio pulerum vincere quisq; putat.
 Non omnes ars una juvat: quis crederet? causa est
 Stridula Phœbæam temnere canna lyra n.
 Hinc est, quod stolidas aures indutus aselli,
 Parte rotas scandit posteriore MIDAS.

A 3

Auer-

Auert ^{ma} premens extrema sedilia currus,
 Sublata calamos tollit in astra manu,
 Agrestes calamos ceræ compagine iunctos,
 Paulatim surgunt ordine qui solito,
PAN etiam **SATYRVS** ausi conuendere Phæbo,
 Post currum, hic ubi vix conspiciuntur, eunt.
 Iactat uterq; suam Nymphis agrestibus artem,
 Præ cithara calamos iactat uterq; suos,
 Quid facis? heu quis tanta amouet certamina fastus?
 Jam cœte detracta nil mihi vulnus eris.
 Infelix, humili quicumq; superbus ab arte
 Magnos audaci prouocat ore viros,
 Ipse caput lauro vinctus Parnasside **PHOEBVS**
 Victor ad extremum conspiciendus adest.
 Pectora cum latis humeris tegit aurea vestis:
 Palla nitens Tyrio murice verrit humum.
 Sustinet ipse lyram gemmis auroq; micantem
 A læua, plectrum dextera læta tenet.
 Artificem status ipse notat: tum blanda canoræ
 Sollicitat docto pollice fila tyræ.
 Fila simul, simul ora mouet; sociatq; neruis
 Carmina iucundo docta tenore fluunt.
 Carminis atq; tyræ capti dulcedine cuncti
 Victorem merito laudis honore colunt.
 Totiusq; chori decus immortale salutant,
 Deniq; Musarum constituere ducem.
 Salue, dux venerande chori vocalis, & autor
 Carminis; hac etiam luce serenus ades.
 Huc ades, ad thalamosq; tui cultoris honestos
 Dic veniat tecum Musicus ille chorus.
 Dic & ut arguta tentet resonantia plectro,
 Mollibus aut digitis fila mouere tyræ.

Tibio

Tibia nunc cantusq; sonent, cytharæq; lyræq;
 Huc Chæresq; ferant Pieridesq; pedem.
 Quodq; sono, Cadmi tædis cecinere Pelasgo.
 Ausonio repetant nunc pede dulce melos.
 In medio mihi Phæbus eris, verumq; recludes,
 Qui genuinus in hoc carmine sensus inest.
 Plura locuturo vellit mihi Cynthius aurem,
 Versibus & paucis, quod petis, inquit, habe.
 Quod pulcrum, charum est: quod non pulcrum, neq; charum.
 Et Charite & Musis vox ea digna fuit. (est:
 Omnia sed ne pulcra putes, quæ pulcra videntur,
 Talia non uno plura Thalia canit.
 Jure suo virtus, & honestum hoc nomine gaudetq;
 Nam virtute nihil pulcris orbis habet.
 Pulcrior est auro virtus, & charior auro,
 Pulcrus & Luna Luciferoq; nitet.
 At vicij animi nihil est deformius usquam,
 Turpia nec quisquam crimina pulcra putat.
 Quis non dilecti quoq; crimen abhorret amici?
 Et quis virtutem non vel in hoste probat?
 Hoc autem celebrant Musæ connubia cantu:
 Firmus ut hoc vinclo pectora iungat amor.
 Virtus pulcra mouet castos, & seruat amores:
 Turpibus at vicij soluitur omnis amor.
 Felices thalamos, aperit quos aurea virtus,
 Et claudit, custos & sedet ante fores.
 Hæcenus & Musis Latius innuit: illæ
 HARMONIES carmen connubiale canunt.
 Insequitur cantusq; lyræ, plausuq; fauentum:
 Donec in Hesperias Phæbus abiret aquas.
 Ast ego coniugij, precor, hic dignetur ut autor
 Ipse nouis sponsis hospes adisse DEVS,
 Viuite concordæ animæ, longumq; valete:
 Sini fortunati gaudia longa ibori.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Nov 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M





Musicae inventores

In honorem nuptiarum

HONESTI AC
ERV DITI VIRI

DN. HENRICI FABRI

Cantoris Scholæ Bernburgensis, Spon-

si; & honestissimæ viduæ, Saræ

Cramerae, Sponsæ, pro-

ducti

à

M. DANIELE CLÆPIO EIVS.

dem s. holæ Correctore 19. Januarij

Anno 1596.



SERVESTÆ

Excudebat Bonaventura Faber

ANNO M. D. XCVI.

65

